

Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

Comparati mihi
Witzeb.
p. mat. 12. q.
p. hinc. 4. q.
Al. Joh. Reibel.
1624.



UN

DISPUTATIO III. DE SA-
CRAMENTIS IN GENERE.

Resp. NICOLAO FRANCO.



Lias Baalitarum terror in caelum sublatus
discipulo suo togam magnificam reliquit;
quâ percussæ aquæ Iordanis cesserunt, &
transivit Elischa 2. Reg. 2. v. 14. At Christus,
propheta maximus Deut. 18. 15. supra omnes
caelos adscendens Ephes. 4. 10. piis animabus, veris discipulis
Matth. 11. 29. duo fulcimenta & munimenta, togâ illâ lon-
gè præstantiora, adversus omnes dubitationum scopulos
& afflictionum, tentationumq; syrtes reliquit Ψ . 18. 5. Ψ .
46. 3. 4. & 93. 3. Ψ . 124. 3. 4. Quæ verò ista? Verbum & Sa-
cramentum, quod in Scholâ Patrum vestitum verbû
insigniri adsuevit: illud est generale, hoc speciale, illud
promissionis, hoc institutionis, illud ἀγγελον, hoc ὁρα-
τον quia visibilibus signis vestitum; illo erudimur contra
ignorantiam, hoc munimur ad tolerantiam: illius re-
spectu Christus salutari quit σοφία, hujus Δύναμις τῆς
Θεῶ 1. Cor 1. 24, secundum id veritas & via, secundum hoc
vita Job. 14 6. Quia ergo Christus nostra Via, in erraticas
vias non deducet, quia nostra Veritas, per falsa non illu-
det, quia nostra Vita, non relinquet nos in morte. Hilar.
7. de Trinit. p. 129. Sicutiq; nostræ infirmitati consuluit
Deus, ut, cum ei adsurgere aliâs nequeamus, nobis conde-
scenderit. Hinc paternam voluntatem non modo revelavit,
sed insuper visibilibus signis, Sacramentis, (quæ August. no
visibilia verba sunt, 19. cont. Faustum. c. 16.) confirmavit.

A

Israélite

Israelitæ nil videbant præter nubem & ignem, ex verbo
audiebant Deum in symbolis præsentem Exod. 13. 21. 22. c. 14.
24. Simus & nos Israelitæ quamquã non gente, mente tamẽ,
Abrahæ filii Rom. 9. 6. 7. 8. Gal. 4. 28 audiamus Christum ex
verbo in symbolis præsentem, fidamus, donec videamus, in
viã sumus, non in patriã, in theatro fidei, non visus 1. Cor. 13.
12. De hoc visibili verbo, Sacramentis, fert animus διάσκη-
ψιν hanc instituere. Horum cum ὀνοματὰ λογία, eiusq̃
ἔτυμολογία, ὁμωνυμία & συνωνυμία perspectã,
Πραγματολογία incepta sit, ad quam definitio, efficiens
instrumentalis fuse visa sunt, formã, sine, obiectis, adjunctis,
licetis, Materiam Sacramentorum, ad quam εὐτάκτως
divolvimur, Christo luce, sine qua meræ tenebræ, Spiritus S.
duce, sine quo cæci sumus, contemplabimur. Consideraturi
eam quã Sensum, quã Usus.

I. Sensus aut est Orthodoxus, aut Heterodoxus,
Orthodoxi sensus ratione, Materiam Sacramentorum du-
plex est. 1. αἰδητή 2. νοητή, illa externa, hæc interna,
illa terrestris ideo sensibilis & visibilis, hæc cœlestis, ideo
intelligibilis & invisibilis. Hinc Irenæ. lib. 4. c. 34.
εὐχαριστία constare ait, ex duabus rebus, terrenã scilicet
& cœlesti; ideo Augustin. Sacramentum definit visibilem
formam invisibilis gratiæ, lib. 2. de doct. Christian. c. 1.
Hugo lib. 1. de Sacram. p. 9. c. 2. materiale vel
corporeale elementum foris sensibilibus propositum, ex si-
militudine repræsentans, ex institutione significans, & ex
sanctificatione continens invisibilem & spiritualem gratiam.

II. Prima pars Sacramenti materialis terrestris, o-
mnium consensu visibile est quoddam elementum
corporeale quid, & in oculos incurrens. Sic in cir-
cuncisione V. T. avulsam prætium (propter avulsionẽ
præputii, auris Jerem. 6. 10. oris Exod. 6. 11. cordis Jerem.
9. 26.

9. 26. auferrum mandatum & a populo Dei usurpatum) & pellicula illa extrema, quam Aristoteles ἀγοποδίαν, h. e. cuticulam extimā τῆς πόδης appellat. Paulus inflexā aliquantisper voce ἀγοποδίαν nominat. Rom. 2. 25. Gen. 19. 20. Ubi vocem אֵלֶּיךָ R. D. Kimch. notat esse quamcunq; rem superfluum rejectu dignam, carnem illam, quā operitur corona, secundum Gerundens: vide Buxd. in synagog. Iud. p. 90. & R. Kimch. in Ios. c. 5. In Paschate materia fuit agnus Exod. 12. 3. f. 1. אֵיִשִׁוִּי vitio nullo scaten ob Christum, agnum omni labe destitutum Ies. 53. 9. qui ἀσπίλος καὶ ἀμώμος 1. Pet. 1. 19. ἀμίαντος, καὶ ἀκακος Heb. 7. 26. 2. אִישׁ, masculus, quia Christus vir, ille fortis & robustus אִישׁ Ies. 9. 5. Jerem. 31. 22. Vir est tum genere, tum robore. 3. אֲנִיִּים בְּןִי filius anni, i. e. annulus, in perfecto aetatis statu, quia Christus ipso aetatis flore anno 34. currente mactatus: illud immaculatam sanctitatem, illud cordatam animositate, hoc consummatam aetatem figuravit.

III. Sacramenta Novi Testamenti itidem duo, Baptismus & Coena Domini, horum ille οὐρανίου-λαίον seu οὐρανίου-λαίον prima gratiae janua est, Sacramentū initiationis, hæc confirmationis, per illum renascimur, per hanc pascimur, augmentamur, roboramur, ille successit circumcisioni, Col 2. 11. hæc agni commestioni, ille semel usurpatur, hæc saepius reiteratur: ad hanc nemo admittitur nisi per illū intromissus, prout nec quis agno paschali vesceretur, qui non circumcidebatur. Exod. 12. 48. Materialis illius pars aqua fuit sive fluviatilis sive fontana, quā ut elementū εὐπορίσων Deus ordinare voluit Ioh. 3. 5. Eph. 5. 26. Iob. 1. 33. Mact. 3. 16. Luc. 3. 1. Act. 8. 38. & Vxū idemq; Baptisma in aquis celebrari potest omnibus, fluminū, maris, fontium, torrentium, stagnorum, ait Arnobius 12. 74. Huius, cœna, puta, panis Matt. 26. 26. Marc. 18. 33. vinum Luc. 22. 9. 18. τὸ ποτήριον [cuius] ἰσομορφία, ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ πῶσις ἱερῆς

quod potum servet & contineat) hoc est poculum actu potū
continens Matth. 26. 27. Marc. 14. 23. Luc. 22. 20. 1. Cor. 11.
23. 24. est.

IV. Hæc visibilia elementa, à Patribus ob usum suum se-
cundarium, signa & symbola quandoq; appellantur.
Augustin. lib. 10. de C. D. c. 5. Sacramentum est Sacrae
rei signum, ita Bernhard. serm. de Cœna Dom. & Com-
pend. Theol. verit. lib. 6. c. 2.

V. Est autem signum, Augustino lib. 2. de doctrina Chri-
stianâ, c. 1. definiente, res præter speciem, quam inge-
rit sensibus aliud aliquid faciens ex se in cogitatio-
nē venire. Sic Gen. 17. 11. circumcisio dicitur *אוֹת ברית*
quod Apostolus *σφραγίδα* signaculū Rom. 4. 11. proto-
tomartyr *δ. α. θ. η. η. ν.* testamentum, Act. 7. 8. appellarunt.

VI. Signa vero sunt duplicia: Quædam sunt *Ουσιμα*
vel naturalia, quæ ex naturâ suâ significant. Hæc sunt ite-
rum. 1. materialia, quæ partim *σημαντικα* rem præsen-
tem significantia, ut fumus ignem; qui testis & index ignis
Scaliger exercit. 79. §. 2. p. 296. & tamen igni uniter jun-
ctus exercit. 9. p. 48. partim *προφητικα* rem futuram
portendentia sunt, ut aurora ortum solis, cælum vesperi ru-
bens, serenitatem significat Matth. 16. 2. 2. intentionalia,
ut vestigium est signum pedis, umbra signum styli, conceptus
signum rerum.

VII. Quædam signa sunt *θετικα* data seu voluntaria,
quæ dependent ab instituto volentis sive Dei, sive hominis:
Unde signa dicuntur voluntaria seu data vel institutio-
nis humanæ, vel divinæ; illa aut habent convenientiam
cum signato, ut vocabula sunt signa rerum, aut non ha-
bent, ut sonus campanæ est signum congregationis: hæc
autem signa divina semper habent quandam cum signato
similitudinem.

IIX. Signa

IIX Signa divina, data triplicia sunt. 1. Signa doctinae seu verbi, quae sunt miracula. 2. Signa irae, eaq̄ vel comminantia Ios. 2. 30. Act. 2. 19. 20. Luc. 21. 25. vel punientia in elementis, aquae, ut diluvium Gen. 7. ignis Le. vit. 10. 2. terrae Num. 16. 31. grando ex aere projecta Ios. 10. 11. 3. Signa gratiae verbo annexa, qualia sunt Sacramenta. Haec gratiae signa rursus dupliciter sunt differentia. Quaedam enim sunt σημαντικὰ vel significativa (non quidem ratione fructus, sed rei caelestis) qualia signa erant Sacramenta V. T. Quaedam simul σφραγισμένα, παρεκτικὰ, μεταδοτικὰ, (ut Theoph. in c. 26. Matth. Damasc. lib. 4. orth. fid. Lombard. sanctificativa lib. 4. dist. 1. lit. B.) conferentia & exhibentia, qualia sunt Sacramenta N. T. Tale autem signum μεταδοτικὸν sic vulgò definitur solet, quod sit signum, quo promissio Dei, de justitia Evangelij obfirmatur, & quo mediante caelestia sua dona Deus dispensat, ratione prioris officij, vocabulo speciali dicitur σφραγίς signaculum, ratione posterioris σημείον μεταδοτικὸν vel symbolum exhibitivum. Breviter. Vbi sacramenta integra Signa dicuntur, ibi describuntur à fine, quod sit obfirmantia, vel ut A. C. art. 13. Signa testificantia de Dei erga nos gratiâ, inde Signum. Augustino idem est quod signaculum ad filium Apostoli, qui εἶπεν σημείον Gen. 17. 11. per σφραγίδα explicat Rom. 4. 11. Vbi vero pars altera Sacramenti, externum, puta elementum, dicitur signum, in V. T. quidem est σημαντικὸν rei caelestis, quia in V. T. σκιά τῶν μελλόντων in N. T. verò est παρεκτικὸν cum inibi τὸ σῶμα τοῦ χριστοῦ, & εἰκὼν sit, Col. 2. 17, Heb. 10. 1. 2. & sic signum signat rei signatæ invisibilitatem, non absentiam.

IX. Materia intelligibilis & interna est Verbum juxta illud, Detrahe verbum, quid est aqua, nisi aqua, accedat

A 3

cedat

cedat Verbum ad elementum & fit Sacramentum.
August. tract. 80. in Ioban.

X. Hinc Sacramenta vocantur Verba visibilia, tum quia sine verbo Sacramenta nec esse nec prodesse possunt, tum quia verbum ad Symbola visibilia ordinatum est. Solet autem. verbum triplex Constitui. 1. institutionis. 2. mandati. 3. promissi. Per quod ultimum non intelligitur generalis quæpiam promissio, quæ in Evangelii verbo etiã offertur, sed specialis prorsus, & cuiq; Sacrameto peculiaris.

XI. Non igitur admittimus pronunciata ista Calvinistica [1.] Res Sacramentorum eadem sunt cum iis, quæ promittuntur & offeruntur verbo Evangelii. (2.) Non diversa est promissio in Sacramentis, neque alia promissionis verba, quam in Evangelio, & nihil exhibetur in Sacramentis, nisi quod in verbo Evangelij est promissum. *Crassi sunt hæc errores in Ecclesiã non ferendi.*

XII. Distinguimus enim inter verbum promissorum generale, & speciale signis Sacramentalibus additum; quæ duo si confundantur, tota doctrina Sacramentorum labefactatur. Nam si consideremus singulorum Sacramentorum institutionem, inveniemus longe alia offerri, & promitti in verbo institutionis, quàm Evangelij; nimirum in Baptismo promittitur singularis quæpiam præsentia S. S. Trinitatis aquæ Sacramentaliter unitæ; in cœnã oralis mæducatio corporis, & bibitio sanguinis Dominici. Quæst. An verbum promissionis sit pars Sacramentorum essentialis? *Responsio in promptu. Si per promissionem intelligitur Specialis aliqua promissio singularis doni cœlestis, in verbo concionali non comprehensi, tunc est pars essentialis. Quod si verò notetur generalis gratiæ promissio in verbo prædicato etiam contenta, tùm dicimus, quod verbum promissionis alteram partem Sacramentorum nõ describat, sed potius de verbo institutionis hoc adfirmamus.*

Quod verò Verbum mandati non sit pars altera, per se pa-
 tet: cum illud transeat & actionem meram requirat. Res
 verò cœlestis, substantiale & permanens, quidpiã esse debeat.
 XIII. Illud liquet, quid per Verbum (quo accedente ad
 elementum sit Sacramentum) intelligatur, nempe, non
 Verbum Evangelij generale seu concionale; nec verbũ
 promissionis, quod ad finem & effectum, nec mandati
 quod ad causam efficientem referendum est; sed ordina-
 tionis & institutionis, propriè partem essentialem con-
 stituere dicimus, quod elementa externo junctum, salutare
 constituit Sacramentum. Hoc tamen verbum institutionis
 non consideretur, ut est sonus transiens, nec, ut legitur &
 recitatur, sed prout singulare quoddam, idq; invisibile &
 internum, signis visibilibus addit, ut nõ tam verbũ, quã res
 verbo cõteta, propriè loquẽdo, sit pars altera Sacramentorũ.
 XIV. Res cœlestis in Sacramentis accipitur i. typicè:
 in V. T. namq; Christus Θεός & ζωὴ & ἀδμή & adumbrabatur per
 typos, & figuras sacramentales, tanquam in plenitudine
 temporis exhibendus, e. e. agni paschalis substantia non
 fuit ipsum corpus, ipsa veritas, sed umbra & figura carnis &
 sanguinis Christi 2. antitypicè. in N. T. sacramentis præ-
 sens exhibetur, per symbola sacramentalia, τὰ quὰ ὀχνητὰ
 seu media exhibitiva; in illis στυα, in his ἀλὶ & εἰς, ibi
 ὑπόδειγμα, hic Σῶμα est, ibi ἀσάρκος Christus ventu-
 rus, hic εὐσάρκος exhibitus, cũ illa Sacramenta fuerint
 prænunciativa Christi futuri, hæc annunciativa Christi exhibitũ
 Augustin. in 4. 73. Sic in Baptismo est tota Trinitas, non excluso
 tam in Spiritu S. & sanguine Christi qui adest [1.] ratione sub-
 stantia, qui & caro Christi in unitatem personæ τῆς λόγος est ad-
 sumta [2.] merito, cum omnia Sacramenta à Christi merito effi-
 cactam habeant. [3.] efficaciam, quia sanguine eius à peccatis mũ-
 damur 1. Ioh. 1. 8. Luther. tom. 7. Jenens. Germ. f. 306. scribit. bapti-
 zari nihil esse aliud, quã pretioso sanguine lavari; undè in psal. 118.

ecclesiast. p. 3. f. 34. nominat Baptismum eine Bluttauffe/
oder Bludbath/in cantico, eine Rote flut von Christi
Blut geferber. In Coena, corpus & sanguis Domini est ve-
rè ac realiter. Hiscè liquet, esse in sacramentis rem inter-
nam & externam, quarum alterâ negatâ, statim nega-
tur Sacramentum.

XV. Porro quia sepius usi sumus termino, (res Sacra-
menti) notari debet ambiguitas, quâ multi apud Calvini-
anos decepti errant. Nam (1.) sumitur pro tota ḡσῖα Sa-
cramenti (2.) parte principaliori S. re cœlesti, quò spectat
illud Augustin. in sentent. Prosperi citatum in Iur. Canon.
dicto 2. de consecrat. c. Hoc est. (3.) pro ipso fructu Sacra-
menti, ut Augustin. alibi adfirmat aliud esse Sacramentum,
vel substantiam. aliud vero Sacramenti, vel verum usum.
Quam ambiguitatem arripiunt Calviniani. Quæsi enim
de re, seu essentiâ sacramenti, remittunt nos ad fructum,
& sic substantiam cum fine turpiter confundunt, utpote a-
liam rem sacramenti non agnoscentes, præter generalem
de gratiâ promissionem; quam nos ad prodesse, non esse re-
ferimus.

XVI. Hucusq; thesis sana cum sensu orthodoxo, restat an-
titheſis vana cum dissensu heterodoxo. Thesin enim no-
stram impugnarunt olim Hæretici antiquiores, Horum
1. quidam omnia sacramenta è medio sublata esse volue-
runt, Archontici, Ascodriti, Ascodrupitæ, qui baptis-
mum & Eucharistiam execrabantur, seu refert Petrus A-
nachoreta Syrus. Epiphan. heres. 40. Theodoret. l. 1. de heret.
fab. (2.) quidam tollebant sacramentorum materiam
terrenam, verbis quibusdam duntaxat usi, Baptismum,
ajebant-hæc verba esse, ego sum aqua viva, Euthym.
part. 2. panopl. tit. 21. ut Pauliciani. Horsum referres Gno-
sticos dicentes, aquam sensibilem ad baptismum non esse
necessa-

necessariam, Manicheos, Seleucianos. vid. Iren. l. 1. heres. c. 18. August. heres. 46. 59. (3.) quidam immurabant terrenam materiam, ut Iacobitæ candenti ferro, crucem baptizatorū fronti, inurentes. Lucelburg. chronol. Cataphruges sanguinem anniculi infantis punctationibus extortum, farinā mistum, & ita coctum ad sacramentum adhibentes. Augustin. ad Quod vult deū heres. 26. Pepuziani caseum cum pane coniunxerunt, hinc ἀγροῦ ἕρτα ἀδιδῆ heres. 28. ibid, quorsum & flagellantes Monachos sanguinem excussum baptismum conficere, blasphemantes Trith. in chron. Gregor. d. Valent. tom. 4. dis. 4. q. 1. aquā sulphuream, Toletum, lixivium seu carniū brodium. Bezam epist. 2. quævis alium liquorem in baptismo adhiberi. Innocēt. VIII alium liquorem in cœnâ pro vino usurpari posse adstruentes, referas. Impugnant etiam Sacramentorum materiam Hæretici recentiores: quorum quidam in cœnâ contra materiam, externam transcreationem urgent, & Laicis hinc alterâ cœnæ parte interdiciunt, ut Pontificij: quidâ materiam internam ex sacramento harpagant, & ἄετιν quandam duntaxat crepant, ut Calviniani, undè Photiniani suas hauserunt hypotheses. Hinc Smalcus in disp. 10. c. D. Frantz. Calvinianorum sententiam, de baptismo aquæ, magis sobriam esse reputandam, quam Lutheranoſū cenſet, & porro, ait, nisi fallor, & Zvinglius totam hanc de baptismo veritatem perspexit, sed non erant tunc tempora satis matura, ad ista percipienda. Socinus in tract. brevi advers. Iohan. Niemojevium p. 72. Huldricum Zvinglium suo scripto de usu & fine cœnæ dominicæ planè consentaneū esse adserit: eant nunc refutatum Calviniani Photinianos, si boni sunt. Hæc cohors Photiniana omnem materiam internam ex sacramento clepit. Smalcio d. l. disp. 10. p. 326. in baptismo aquæ, spiritum esse, erroneum est. disp. 10. p. 311. aquam baptismi esse organum S. S. & regenerationem

A 5

operan-

operantis, non tam falsum quam idololatricum censetur
in cœnâ illis nil nisi nudus panis statuitur, nudumque vi-
num, ex hac hypotinesi, cum Christus factus in Spiritum vivi-
ficantem, corpus pro nobis in mortem traditum nunc non
habeat. d. u. cont. D. Frantz. p. 239 Ostorod instit. Germ.
c. 38. p. 331. §. 1. in cœnâ nil esse nisi panem & vinum, nur
schlecht Brod vnd Wein/was ihre substantz vnd Na-
tur betrifft. &c. Hactenus sensus cum dissensu. Iam quæ-
stiones quasdam videamus.

XVII. I. Contra Pontificios 1. An recitatio ver-
borum institutionis sit materia Sacramenti? Bel-
larm, l. 1 c. 19. prop. 3. f. 34. lit. E adstruit, dum ait,
requiritur ad essentiam Sacramenti certa forma verbo-
rum, que non tam instruat circumstantes, quam conse-
cret & sanctificet. Nos negamus: fatemur quidem, reci-
tationem institutionis, in cuiusvis Sacramenti admini-
stratione, necessariam esse; aliâs nescirent adulti commu-
nicantes, aut astantes, quid ibi ageretur, aut si maximè
scirent nonnulli, non tamen omnes, & licet omnes scirent.
tamen in à ministris in memoriam revocari debet. Siqui-
dem multa sciuntur, quorum non semper recordamur. At
materiam Sacramenti esse negamus. (1.) verba in quan-
tum recitata, sunt sonus transiens, res verò altera coniun-
ctâ maneat cum elemento necesse est. (2.) si verba recitata
essent Sacramenti materia, duplex foret elementum, alte-
rum, quod visu, alterum, quod auditu perciperetur. Hoc
autem absolum. Concludimus ergò verborum recitationem
non esse materiam, sed potius ad formam Sacramenti spe-
ctare, sicut in baptismo negari nequit, quod pronuntiatio
verborum Christi, sit pars formæ uel actionis istius sacræ.

XIIX. II. An recitatio verborum institutionis sit
principium Sacramenti productivum? Bellarm. l. 1.

c. 19. d. 1. ait recitationem non ob instructionem populi, sed potius ob consecrationem necessariam esse, b. e. ut q. cælo deducat partem alteram, nempe cœlestem & cum elemento uniat, ideoque nil referre, licet verba minus usitata, & prorsus laicis incognitâ linguâ efferantur, d. l. fol. 33. l. A. Resp. dist. alia est consecratio Evangelica, alia Magica illa consistit in recitatione verborum. (2.) segregatione elementorum, ab usu vulgari, & ad peculiarem destinatione. (3.) seriâ invocatione; quæ in nostris Ecclesiis adhiberi solet. Hac facit illud Augustin. l. 20. c. Faust. c. 13. Noster panis & calix certâ consecratione mysticus fit nobis, non nascitur, proinde quod non ita sit, quamvis sit panis & calix, alimentum est refectiois, non Sacramentum religionis. Hæc Papistica est magica, consistens in tacitâ verborum quorundam demurmuratione adhibitis inutilibus & inutilibus crucis significationibus, & gesticulationibus, quibus ea vis insit, ut elementa transmutent, vel, ad minimum, rem cœlestem cum elementis uniant. Hanc consecrationem, ut humanum commentum, principium productivum non esse sic probamus. (1.) quia, ideo verba recitata esse institutionis, ut eorum vi elementa mutantur, scriptura tacet, (2.) quia incantatoria est, Magis usitata, literis & verbis efficaciam adscribentibus, quâ substantias mutari nugantur, contra rationem: cum quantitatim per se nulla sit efficacia. Ex Scholasticorum lacunis hausta est hæc consecratio, nec sensum, nec significationem, sed solam recitationem verborum attendentium, quod magicum esse ipse Bellarm. c. 20. fateri cogitur. Calumnia itaq; est, nos ex Christo facere Diabolum, quod adferamus, vim verborum esse magicam, nam non magiam appellamus, si vis non verbis, sed eorum autori adscribatur; Prius istud fecerunt Scholastici, quos si deserit Bellarminus, & presentiam rerum cœlestium à divinâ institutione pendere credit, est, quod i-

pf

psi de veritatis agnitione gratulemur. Proinde cum quaeritur, Undena fiat, quod cum pane corpus Christi distribuatur. Resp. quia Christus dicit, Hoc est corpus meum. Si excipis. Christum non dicere, sed ministrum Resp. minister legatus eius est, & sic non tam ministrum, quam ipsum magistrum audio loquentem, consecrantem, & benedicentem, ministro vero & recitationi eius, praeter externum ministerium, nihil omnino adscribendum. Inst. Non omnia verba, quae recitantur, coram altari, Christi verba sunt. Hoc libenter concedimus distinguent. cum Ambros. l. 4. c. 5. sacr: Quaedam sunt Evangelistarum verba, quae tamen non ut historia tantum recitantur, sed sunt tanquam privilegium, quod nos in actione coenae dominicae facere debeamus, ut accepit panem, benedixit, fregit, dedit discipulis. Quaedam sunt Christi verba, quorum virtute novimus panem esse corpus Christi, & vinum sanguinem eius, ut accipite, comedite; hoc est corpus meum, bibite, &c. de posterioribus his postissimum, non prioribus hucusque locuti sumus. Objic. tandem E. quando minister haec verba Christi recitat, licet fiat in suggesto, perfectum erit sacramentum? Resp. dist. inter consecrationem ipsam, & historicam relationem, ubi nuda verba pronuntiantur, nec facimus in cena, quod Christus facere iussit, tum non est consecratio, sed tantum narratio, Extra enim usum divinitus institutum, nihil habet rationem Sacramenti. Ceterum quae Bellarm. c. 21. disputat. in sacramentis, eorumque verbis, nihil mutandum esse, lubenter damus, hac tamen cum distinctione. Duplex mutatio verbi sacramentalis est, altera substantialis, altera accidentalis, illa in verborum sensu consistit, haec verba & verborum ordinem spectat: illo pereunte, perit verbi integritas substantialis, e.g. si littera mutata dicatur Baptizo te in nomine Matris: hoc non item, Haec contra Romanos. XIX. II.

XIX. II. *Contra Calvinianos. 1. An Calviniani de materia Sacramenti orthodoxè sentiant? D. visi sunt ij opinionibus. Ursin. parl. 3 catech. q. 12. duplicem Sacramenti ponit materiam. Si enim consideratur ut relatum, tunc eius materiam seu fundamentum esse, ait, elementum & ritum visibilem: sin absolute, ut actio, tum eius materiam circa quam, esse visibile signum, prout externa est, Christum verò ipsam, cum beneficijs, prout interna est. Verùm, si sacramenta estimentur, quoad relationem suam, tunc elementum externum, ritusq, visibilis propriè nò est materia. vel fundamentum, sed potius relatum prius, quod vocatur signum, uti hoc ipsum concedit, & contra Ursin. adfert Keckerm. lib. 3. syst. theol. c. 8. can. 5. 6. p. 446 Sin absolute consideretur, habet quidem pro materia elementum externum, sed non tantum. Omittit igitur Ursin. partem alteram, (rem cœlestem). Christus verò quoad perceptionem beneficiorum non ad essentiam, sed fructum pertinet, quæ semper commiscetur. Treecat. junior. l. 2. in sit. p. 167. Londin. 1608. duplicem constituit materiam. Sensibilem & intelligibilem, hanc dicit esse omne id, quod fides ad salutem sibi applicat. Materiam externam duas facit partes, unam elementarem, alteram ceremoniam, hoc est, elementum ipsum & actionem circa illud. Verùm errat (1.) omittit, cum Ursino, materiale alterum, rem cœlestem. (2.) actionem, quæ forma est, nominat materiam, & sic causas confundit. (3.) fidem male ad Sacramenti materiam refert cum ait, actio (quam fecit alteram partem signi) est ceremonia tum ministri, Dei vicem gerentis, tum fidelium percipientium, ut corpore rem externam, ita fide rem internam seu significatam. Hic geminus error. (1.) quod perceptio fidelis referatur ad essentiam, ergone destituti fide non utuntur sacramento? nec adferri potest quod profanent illud, aut utantur indignè. (2.) quod fidelis perceptio nominatur ceremonia, quæ tamen semper externum quid est. Sin otulos incurrens, quod de fide perceptio dici nequit, iidem errores in Bucan. l. 46. q. 9. 10.*

20. II. An

XX. II. An verbum concionale sit Sacramentorum essentia? Calvin. l. 4. c. inst. c. 14. §. 4. agnoscit quidem constare Sacramentum verbo & externo signo. Sed in fine dicti §. per verbum Sacramentale, intelligit, promissionem clarâ voce à ministro prædicatam, plebem eò manudentem, quò signum tendit. Vbi non verbum institutionis & ordinationis, quod propriè verbum Sacramentale nominatur, sed prædicationis s. verbum concionale intelligit, quem multis refutat Bellarm. l. 1. c. 19. de Sacram. in genere. Nos institutionem Christi, verbo Evangelij populo declarandam, non improbamus Hoc tamen concionale verbum de essentia Sacramentorum esse negamus. (1.) quia nullibi legimus, Sacramenta tum demum sacramenta esse, eum eorum administrationi præmittitur concio. Quod verò Matth. 28. 19. dicitur Docete, de adultorum baptismo potissimum intelligitur, qui non admittendi sunt ad labacrum, priusquam redè informati sint. (2.) Sacramentum & Verbum sunt distincta gratia media, què ergò verbum concionale Sacramenti pars essentialis est? (3.) verbum concionale est generale: in Sacramentis verò speciale requiritur. (4.) Verbum prout sonus transiens est, non est pars Sacramenti, sed ut singularem rem notat, quæ propriè pars est Sacramenti, hoc verbum est huc spectans, concionale verò licet gratiam connotet, ad fructum tamen, non essentiam pertinet. (5.) infantibus nequit prædicari verbum, ut ex eo erudiantur. Ergone baptismus, in quo omittitur concio, non erit Sacramentum integrum, sed mutilum? [6.] consensus accedit Calvinistarum. Trelocat. in omni Sacramento duo distingui necesse est, substantiale & accidentale, illud ad esse, hoc ad bene esse propriè requiritur. Concio autem non est de essentia Sacramenti, sed ad modum administrationis spectat. Hæc contra Calvinianos.

XXI. Contra Photinanos. Qu. An præter aquam in Baptismo. panem & vinum in cœnâ, etiam res cœlestis verè & realiter adsit? Negant Photiniani ferè iisdem hypothésibus cum Calvinian. vid. tbes. 16. Smal. contra Excel. D. Frantz. præceptorem honorand. àisp. 10. p. 311. §. 4. Socin. in tract. b. contra. Niemojev. p. 72. ex Zving. in declarat. de peccat. origin. ad Urban. Regium circa finem tom. 2. fol. 122. quem inter præcellentes sui sæculi Theologos numerat, ait. Signa nihil quàm externa res sânt, quibus nihil in conscientia efficitur, paulo post

post. Symbola ipsa minimè sunt spiritualia, nec quidquam
spirituale in nobis efficiunt &c. Ostorod. in instu. Germ. c. 38
§ 3. & 6. dem. Nos opponimus, quantum quidem ad bap-
tismum hac fundamenta. Matth. 28. 19. Eph. 5. 26. ubi aquæ ad-
iunctum verbum. Ioh. 3. 5. Tit. 3. 5. & S. S. gratia additur. Cœ-
nam quod spectat: opponimus. (1.) instituentis auctoritatem ve-
racis in dictis, potentis in factis in statu exinanitionis. Matth.
26. s. Marc. 14. 18. Luc. 22. 19. sic demandantis; in statu vero ex-
altationis Apostolo iterum inculcantis 1. Cor. 11. 23. [2.] verbo-
rum cœnæ perspicuitatem. (3.) harmonicam Evangelistarum a-
equalitatem. Hinc Paulo panis dicitur κοινωνία corporis Christi &c.
1. Cor. 10. 15. & poculum benedictionis κοινωνία sanguinis Christi
§. 16. vide excell. D. D. Balduin. in solid. refutat. Arrian. c. 3. p. 331.
§ c. 4. p. 343. excell. D. D. præsidem in considerat, theol. pho-
tin. c. 4. art. 5. p. 39. s. præceptores nunquam non honorandos.
Mucosq. sensus, tam orthodoxus, quam dissensus Heterodoxus,
cum questionibus; nunc vsus.

XXII. Vsum tetigisse vobis sufficiat, cum pagella nos deficiat.
Tria sunt Christianæ opera, Verum agnoscere, bonum agere,
malum ferre: in illo ab peccatum sumus cæci, & desipi-
antes. in isto pravi & torpentes, in hoc infirmi & impatientes.
Illi opponitur fides, isti caritas, huic spes, quæ Virtutes cardini-
ales sunt. Illa erudimur excacati, per διδασκαλίαν ad veri per-
ceptionem, munimur per ἐλεγχον ad falsi reiectionem: ista manus
ducimur per πειθαγωγήν ad boni actionem, adducimur per ἐπιτιμω-
σίαν ad vitia correctionem: hac erigimur per παράκλησιν, ad
crucis perpeffionem. Hic utiq. usus est verbi audibilis prolatis,
Rom. 15. 4. 2. Tim. 3. 16. Est & hic usus verbi visibilis sacrati.

XXIII. Veritatem materie Sacramentalis ex sensu orthodoxo
vidimus, & fidimus, quia veracis verba sunt Ioh. 14. 6. falsitatem
ex dissensu heterodoxo vidimus, non fidimus, quia mendacis ver-
ba, sunt Ioh. 8. 44. Fidamus, licet non videamus, quò videamus
tandem. Veritas non fallit, via non seducit sed ad vitam dedu-
cit, quia vita est. Premanus fidei viam angustam, ut diducamur
ad patriam visus angustam. Qui rationis theatrum ascendunt,
ad condemnationis barathrum descendunt. Nam quibus hic De-
us est Diabolus, 1. Ioh. 5. 10. Ioh. 8. 44. illis ibi Diabolus erit Deus,
ubi Deus gratiosè non erit. Nos cum columbis volumus, serpsant
illis cum serpentibus.


XXIV. Miramur Dei Sapientiam & emulemur per fidem.


Miremur quod visibilibus elementis nostræ causæ, se invisibilem
coniunxerit cum suis. Miramur Deum summum, factum abje-
ctum hominem in incarnatione; miremur hominem abjectum, in
sacramentis fieri Deificatum, ibi est Deus, Θεὸς ἰσῶν, hic ho-
mo in Θεὸς ἰσῶν est ἡμεῖς ἰσῶν, induit
Christum; Gal. 3. 27. Vivit in eo Gal. 2. 20. habitat in eo Christus
Eph. 3. 17. Et sic Dei progenies Act. 17. 28. consors divine nature est
2. Pet. 1. 4. Miramur, quod de spiritu suo nobis dederit 1. Ioh. 4. 13.
Et in baptismo à peccatis ablui nos, Et sub pane Et vino corpus Et
sanguinem Christi verè nobis porrigi, non mirabimur? Miran-
tur hoc angeli visores Dei, Matth. 18. 10. 1. Pet. 1. 12. Et tu rimaris
caeca ratio? Mundus sibi sapiat, Et miretur propriam, sapienti-
am, nos cum Deo stulti, Dei stultitiam miramur. 1. Cor. 1. 25.

XXV. Vereamur vero Dei Justitiam, vereamur, ut corrigamur.
In baptismo Christum induimus, ne per inreduhitatem, vel vitæ
perbersitatem eo exuamur, caro Et sanguis Christi in cœnâ per fi-
dem facti sumus, filii Dei, ne igitur filium Dei, Et sanguinem
Testamenti conculcemus, Heb. 10. 29. quo æternum conculcetur.
Cave sis, quisquis es, hæc media nausees. Nam si hic salutis Et fi-
dei media possidueris, post habebis illic ubi fidei finis, h. e. salus
conferetur, ibi exitium erit epulum, iudicium delitium. 1. Cor. 11.
29, ô intolerabile!

XXVI. Veneremur tandem Dei clementiam, veneremur (1.)
ardenter pœnitendo. (2.) ferventer gratias agendo, (3.) pa-
tienter crucem ferendo. (4.) ardenter invicem diligendo,
cum unum corpus simus in Christo Ephes. 4. 4. 5. 6. Hisce sacra-
mentis in tentationibus erigamur, contra Diabolum, quia hic
Deus; contra injustitiam, quia hic justitia, contra mortem, quia
hic vita; contra infernum, quia hic cœlum; erigamur in affli-
ctionibus contra crucem, quia hic lux. Magnoperè miror, quod
capitis capilli numerati Matth. 10. 30. nomina nostra in cœlo scri-
pta sint Luc. 10. 20. quod in manibus Dei descripti sumus. Ies. 49. 17.
quod in utero Dei gestemur Ies. 46. 3. Hoc miror, Et iterum miror,
nos aqua Et spiritu renasci, corpore Et sanguine Christi pasci, Et
eo saturatos totius S. S. Trinitatis hic in militate Ecclesia domi-
cilia fieri Deūq; in nobis gratiosè esse, in quo nos glorioserimus in
triumphante Ecclesia. Fac clementissime pater, ut filium tuum,
quem in hac vitâ velatum, sub elemento accipimus, revelatum si-
ne velamento in alterâ excipiamus, teq; cum filio tuo Et Spiritu
S. ad faciem videamus, fiat! fiat. A M E, N.

אֱלֹהֵינוּ.






Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------


 O III. DE SA-
 IN GENERE.
 AO FRANCO.

m terror in coelum sublatus
 gam magnificam reliquit;
 que Iordanis cesserunt, &
 ha 2.Reg.2.v 14. At Christus,
 imus Deut.18.15 supra omnes
 nis animabus, veris discipulis
 & munimenta, togâ illâ lon-
 nes dubitationum scopulos
 q₃ syrtes reliquit ψ.18.5. ψ.
 a verò ista? Verbum & Sa-
 à Patrum vestitum verbū
 generale, hoc speciale, illud
 is, illud ἀρχαῖον, hoc ὀρε-
 itum; illo erudimur contra
 ad tolerantiam: illius re-
 σοφία, hujus Δόξα τῆς
 veritas & via, secundum hoc
 istus nostra Via, in erraticas
 Veritas, per falsa non illu-
 linquet nos in morte. Hilar.
 ostræ infirmitati consuluit
 âs nequeamus, nobis conde-
 untatem non modo revelavit,
 acramentis, (quæ August no-
 t. Faustum.c.16.) confirmavit.
 Israelite